



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Distributio temporis. 35

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 75

censori monstrare; (quod aliàs
acciderat) incauti, noxijs loris,
aut ferreis vncis, clam abuterentur:
tum Antonius (vt qui futurum id esse
præuidisset) duplicibus instructus
armis prodijt; alteris quidem
communibus (& hæc sola monstrarat)
tortis nõdosisque funibus texta,
eõq; pro legitimis agnita: alteris
ære ferroque rigentibus, & hæc
excusabili dolo texerat tantisper,
dũ p̃pa traduceretur. Simul deinde
ex tuto licuit, eadem magnis
viribus in tergum impacta,
multo sanguine liberaliter
cruentauit.

XXXV. *Distributio temporis.*

EMicabant ex eo cum alijs diebus
semper, tum verò festis præsertim
temporibus, pietatis eximia signa.
Quippe tunc sur-

gendi tempus legitimum horat
 spatio præcipiens, totum con-
 suevit meditandis rerum cæle-
 stium argumentis tribuere. Al-
 tera dein hora in Parthenona
 concedere (locum, quò cætus
 Marianæ pubis, ad sacra pera-
 genda cogitur) Inde digressus
 ad idoneos libellos properare;
 quorum usu pios aduersùm Eu-
 charistiam, paulò post partici-
 pandam, affectus concitaret;
 Tum autem diuinis adesse; tan-
 ta quidem corporis animique
 modestia, vt circumstantibus es-
 set admirationi: exundantibus
 interea lacrimis, & affluente vo-
 luptatum perennium melle. No-
 uissimè refectus Eucharistica
 dape, actisque idcirco, prolixè
 gratijs, ad suum se cubiculum
 recipiebat; & libris ibi litterisq;

donec

donec
 ret, a
 sum
 agen
 dura
 non
 lîsq
 is pr
 que
 eos,
 com
 tinu
 tieba
 vix t
 mor
 quat
 obse
 entis
 XX

L I

donec prandij tempus appete-
ret, alto cum silentio, & quiete
summa vacabat. Quæ viuendi
agendique ratio cum perpetua
durasset, traxit ad imitationem
nonnullos, in quorum ore ocu-
lisque Antonius versabatur. Sed
is præter cetera mirari, magnæ-
que opere improbare solebat
eos, quos ab hoc calitum epulo
commodum digressos, ruere cõ-
tinuò ad humana negotia sen-
tiebat; immemores accepti: dum
vix tantulam in habendis gratijs
moram traherent, quantula ter-
quatérq; otiosi respirassent: haud
obscura specie, stomachi fastidi-
entis.

XXXVI. *Modus & ratio col-
loquendi.*

Libri quorum præcipuè vo-
luptate capiebatur, erant e-